Reverende Vir. 177.

Non putavi me satis defuncturum meo officio, nisi de publico tuo Munere, publicas agerem gratias; et hanc captarem occasionem meum animum erga te propalandi: fraternum eum et sincerum, ut cum bonis bene agier oportet. Interest publice scire nihil dissidii aut simultatis inter nos esse, et me tam procul fuisse in innocentissima illa mea disputatione ab ullo proposito rixandi tecum, quam mihi stabili clavo fixa stat sententia te omni studio et cultu prosequendi, quoad vixero. Vale plurimum cum omnibus tuis. Groningae 11/21. Aprilis 1663.

R. T.

Studiosissimus

Samuel Maresius

Viro Reuerendo et Clarissimo,

D. Joanni Corvino, S. Theol. Doctori

et Professori in Academia Lugdunensi,

Domino et amico honorando,

port van
groningen

Leydam.

VI